



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Aqvæ Vitæ, De Fontibvs Salvatoris. hoc est, Doctrina  
Evangelica De Meditatione mortis**

**Kispenning, Henricus**

**Antverpiæ, 1583**

De summa summi ac potentiss. Regis, ac omnium Domini Misericordia,  
Clotharij Franc. Regis morientis Sententia. Ixij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46214](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46214)

De summa summi ac potentissimi Regis, ac omnium Domini, Misericordia & Bonitate, CLOTHARIi Francorum Regis morientis Sententia: atque item Ambrosij.

## CAPVT

LXII.

Annonius  
de gestis  
Franc. lib.  
3. cap. 37.

Paulinus in  
vita D. Ambrosij.  
Possidon. in  
vita D. Augustini.

**V**AH, vah: quàm magnus est Rex ille coelestis, qui sic humiliat sublimes terræ Reges. Iste cum sit immortalis, melior est quouis orbis terrarum principis mortali. Quod si melior, & potentior: & si potentior, ergo & misericordia largitor. Qui non, ut multi hominum, mortibus delectatur reorum: Sed misericors ac miserator poenitentiam amplectitur peccatorum. Illius igitur Clementia munus totis est exoptandum affectibus: deque eius miseratione nunquam desperandum. AMBROSIVS egrotus aiebat ad suos, Non ita visis inter vos, ut pudeat me vivere: nec mori timeo, quoniam DOMINVM BONVM habemus. Hanc sententiam D. Augustinus in extrema sua aegritudine recitavit.

Ad eos qui longo tempore malè vixerunt, ut vel in fine ad cor redeant, nec pereant, Admonitio.

## CAPVT

LXIII.

Mar. Marul.  
Euangelist.  
lib. 2. ca. 73.  
Luc. 25.  
Mat. 20.  
Luc. 13.

**T**V qui multum temporis peccando consumpsisti, & veritatem ad bene agendum datam, in delictis, in luxuriis, in obscenitatibus, turpiter contriuxisti, quò excederis cogita: & vel in fine de regione longinqua incipere redire ad patrem, quem reliquisti. Consule salutem tuam dum licet. Serum est, dicitis: at etiam nouissimis datum denarius, sicut primis. Et mulier duodeniginti annos inclinata ad caelestem medicum tandem accedens exierit dorso eriguntur: quoniam eum qui mortuos ad vitam excitat, suam etiam infirmitatē quamvis diuturnam curare, & posse credidit, & velle speravit. Nunquam seruum